

13.694.

(awl 3)

Ad Lectorem.

**L**ector accipe hoc facile breue opusculū:  
nam paucissimis uerbis indicabit quod diu  
longis compendiis fuit disputatum.

foli  
103  
o  
m  
10  
Co  
u  
te.  
re  
tis  
fu  
ill  
no  
ci  
bi  
tia  
se  
V  
ex  
ne  
nu  
lo  
lig  
Co  
qn  
adi  
riol  
pos  
sub  
us i  
pari  
petu

**¶ Artium & medicine doctoris magistri Mat  
thei de Lucha de diebus creticis Dialogus.**

**¶ Comes & Viator Interlocutores.**

**Co.** Iator quo uadis. **Vi.** Romā. **Co.** Que causa  
uie. **Vi.** Ignara patria. **Co.** Sapiētis est care  
re patria passionū turbine q̄ semper in illa  
scientes uexarūt. at cur omni cares comi  
te. **Vi.** Minime solus gradior tot undiq; me p̄munt cu  
re. **Co.** Qui sermones erant quos ad inuicē confereba  
tis tu & p̄bificus alter ille in porta. **Vi.** Multa diximus  
supremus tñ sermo noster de diebus creticis fuit: & de  
illis fere omnis nostra disputatio. **Co.** Si placet qd hoc  
nomen crisis significet dic: nam nobis de aliquo sermo  
cinantibus uia incognita non longior sed breuior uide  
bitur. **Vi.** Greci crisim illud qd latini iudiciū dicūt enū  
tiauerē. **Co.** Anceps sum: non ne Auicēna crisim esse  
separationē interlocutionis in causis ciuilibus diffiniuit  
**Vi.** Vera narras: sed idem dicūt licet hic separationem  
ex iudicio: illi iudiciū separationē interlocutionis conti  
nentem innuerint: sed ut hec clarius a te cognoscantur  
nuperime tibi exemplū dabo. Crisis est motus ille ue  
lox & uehemēs iudicialis quo coram iudice super aliū  
ligantes subito separātur & sermones graues desinunt  
**Co.** Clarius repete. **Vi.** faciam: Egritudo & uirtus sunt  
qñq; corpori nostro ueluti accusator et reus ante iudicē  
ad inuicē contumeliosos sermones hñtes minis & iniu  
riosis gestibus uberrimos: que indecētia ac uisu grauiā  
postq̄ iudex respexit alto surgens folio alterū de p̄torio  
subito expulit: motus ille iudicialis a iudice subito fact  
us in altercantū alterum crisis fuit a grecis nūcupatus  
pariterq; ab Auicenna. **Co.** At quia per talē iudicis im  
petum non nunq̄ accusator abiit ex atrio: & qñq; mini

me dubito an hos duos differētes motus creticos dicā  
Vi. Creticus uterq; est: at ubi accusator ex pretorio eici  
tur crisis profecta seu crisis expulsionis dicitur. Si uero  
iudicem adhuc accusator uexet aliquantulū a longe tñ  
stans crisis permutationis nominetur. Co. Est igitur cri  
sis q̄tum ex dictis tuis colligo duplex. perfecta. s. & im  
perfecta. seu expulsionis et permutationis. Vi. Optime  
& si de reo & accusatore exemplū datū sit nonnulli pa  
riter de hoste ciuitatem aliquam inuadente & rege suo  
ipsam. custodiēte uariis undiq; actis. conflictibus ser  
monem fecere: quibus aut ciuitas ab hoste deniq; capi  
tur: aut hostis a rege uictore ad fines uel extra finium  
suorū terminos penitus impellitur: tu uero horum pug  
nam & motus ad humorū & uirtutis bellū compara:  
quibus quomodo crisis fiat optime inspicies. Co. Diffini  
as modo crisim si placet. Vi. Obsecro audias: Crisis a ga  
lieno afforismorum secūda cōmento. xiii. sic diffinitur.  
Crisis est uelox & uehemens morbi motus quo infir  
mus ad salutē uel ad mortem deducit. Co. Vereor an  
omnis eger per uiam crisis pereat aut sanus fiat. Vi. Sci  
as q̄ sicut omnis morbus per uiam crisis aut paulatim  
resolutionis tollitur eodē modo omnis eger sanatur aut  
moritur: In chronicis morbis crisis raro reperta est: sed  
paulatina resolutio in acutis uero semp. Co. Erit igitur  
cuiuslibet morbi interitus cretico aut resolutiuo motu.  
Vi. Nempe. Co. Dic insuper quibus ductibus morbus  
quisq; cōmode fugetur: seu quī calles sint ad eius fugā  
promptiores. Vi. Sex numerant meatus seu uie quibus  
quolibz morbus facillime euolet: quorū priorē locū san  
guinis exitus ex naribus tenet hūc uētris sequit fluxus  
cui succedit uomitus. Quartū locū tenet urina. Quin  
to hanc sequitur sudor. Sexto nequaq; caruerūt corpo  
ris exiture. Co. Que harū expulsionū ad mortē uel sa  
lutem cōsequendā a phisicis tenetur acutior. Vi. Sicut

natura sanguinem pro thesauro carissimo semper ser-  
uauit: sic sanguinis fluxū ex naribus in accuitate omni-  
bus aliis modis semper perfecimus: quia hac uia natu-  
ra unica expulsionē totū nocituum quicquid expellat: cete-  
ri uero modi post hunc descriptū ordinē seruant. Co.  
Pulchra narras: sed in quibus diebus aut horis morbi  
crisis accadat libet audire. Vi. In diebus quietis aut  
teporis hora crisis perfecta nunquam: sed in exacerbatio-  
num diebus fortiorum: paroxysmorum semper. At quā  
mathematici de fortitudine parium uel imparium dierum  
ad agendū ratiocinati sunt per gratū mihi facies siedi-  
eris quorum dierum parium. s. uel imparium crises fortio-  
res dicantur. Vi. Valent etenim utrorumque licet quāplures  
crediderint tertium numerū imparē septime paritati pa-  
rium primorum numerorum in fortitudine maiori pponen-  
dum: arguētes ex ipocrate. Que in paribus diebus ius-  
dicantur fore discrita id est apta conuersioni. Que ue-  
ro in imparibus nō discrita: Huic prime rationi secūdo  
addunt tertianā purā talis diei terminū transgredi non  
audere. Nonnulli alii huius dicti oppositū sentiētes ecō-  
uerso dixere arguētes tunc melius quācūque actionem  
fieri cū materia est magis disposita sed in tali decimo-  
quarto propter plus distare ab ipso morbi principio ma-  
teria tensenda est magis disposita ad crīsim: ergo deci-  
maquarta septima melior: iterū aiunt hic in tali die op-  
positum locū incubationis morbi lunam respicere. Ve-  
ritas tñ est crīsim septimi crisi decimi quarti esse fortio-  
rem licet in decimoquarto plures numero crises cōtin-  
gant quā in septimo: & precipue in locis frigidis ubi ma-  
terie grosse uberius aggregantur. Co. Da causam cur se-  
ptima dies in crisisbus decimaquarta sit fortior. Vi. Ra-  
tio est quia in tali impari die crisis plerūque fit cō cōdic-  
tionibus quibusdā ad sui bonitatē necessario requisitis.  
Co. Nominabit ergo crisis septimi diei fortior quia in

bonitatibus uberior. Vi. Ita est. Co. Palim cōdictiōes bo  
ne crisis referas. Vi. Imprimis cōpleta sit. Secūdo certa  
Tertio salua. Quarto manifesta. Quinto indicata. Sex  
to & ultimo sit ad benignū mutata. Co. Siste gradum  
paululū ubi de imparitatibus uerba facimus: perlibēter  
a te scire cupio an pillule impares ratione sue imparita  
tis magis in corpore nostro operētur pillulis paribus de  
eodē pondere & materia factis. Vi. Repetam totū a te  
quesitū: sed aures arrige qm̄ titam se nuper aquis imer  
surus nos a replicatiōe tam alti quesiti prohiberet. Co.  
Nequaquā frustra dicēdo laborabis eya incipe. Co. Dubi  
tarunt nonnulli an in numeris uis aliqua esset qua pillu  
le impares in corpore nostro plus operentur: quibus ut  
sum est q̄ sic: p̄supponentes primo omnē actionem fie  
ri a forma: quo stante sic arguebāt. Ille numerus est ma  
gis actiuus qui ē formalior: sed impar numerus est hu  
iusmodi. ergo magis actiuus. qua prima ratiōe pillulas  
impares fortius operari paribus pillulis posuerūt. Robo  
rāt hū opinionē suā ex arismet̄icorū positione qui pa  
lam professi sunt impares numeros perfectionis & for  
me ratiōē habere. Pares uero imperfectionis & mate  
rie: propter qđ alunt Maronē excl̄masse numero de  
us impari gaudet Secundo idem probāt auctibus non  
nullis quarū prima erat Hilarii sancti in suo commēto  
dicētis nō esse ignorādū numerū psal̄morū indiscretū  
nō fuisse apud hebreos & si prius inordinati fuerint.  
Cū ab antiocho rege grecorū. lxx. sapiētibus imperatū  
foret ut illos ex hebraica lingua ingrecā transferēt tūc  
dicti sapientes perfectiores psal̄mos ex perfectiori nu  
mero regi declararūt: numero impari perfectiores psal  
mos signātes. Pari uero minus p̄fectos Alia auctoritas  
ē diui Ieronimi in illo libro quē cōtra Iouinianū scribit  
ubi inquit: manifestū est numerū uigesimalē fuisse in fau  
rum nam in in illo uenditus est Ioseph: in eodem serui

uit iacob: & in illo partem regni uendidit esau quibus  
uerbis Ieronimus cū Hilario in numeris perfectionem  
monstrat & imperfectionē. In eodem etiam libro lau  
dat denariū numerum dicens se de eius laudibus sepe  
dixisse in eodemq; loco inlerit in secunda die non fuisse  
dictū: uidit deus cuncta que fecerat bona: quia binari  
us numerus esset in numeris ualde malus: qua etiā cau  
sa de omnibus inmundis animalibus bina in archā in  
gressa et de perfectis septena. scilicet. noe cum filiis et eorum  
uxoribus secum. Pro ueritate quesiti scias numerorum  
quosdā fuisse appellatos perfectos eo q; principio medio  
& fine componantur ueluti de ternario dicitur primo  
celi. Aliqui uero alii imperfecti dicti sunt eo q; hac in  
tegritate non gaudeāt: que integritas imparibus forma  
est appellata propter quod impares numeri formales  
& perfectiores sunt dicti: pares uero materiales & im  
perfectiores. Co. Sed cōtra hec instatur. Nam Boetius  
in secundo arismetrice sue cum Euclide in suo nono di  
cit numerū illum esse perfectum qui omnibus suis par  
tibus numeratur equalibus: qualis senarius numerus ē  
infra decem. Vi. Huic argumēto respondentes primo  
notāt tripliciter numerum appellari perfectum: primo  
ratione partium sumptatū reddentiū integrū: que per  
fectio materialis dicitur cuz partes sint totius materia  
phisicorum secūdo. Secundo modo dicitur numerus  
perfectus per modū forme dantis esse qualis est impar  
Tertio modo dicitur numerus perfectus ratione finita  
tationis & circulatiūis cuiusdā scdm quē modū denari  
us numerus pfectus est uocatus. Ad tuū argumentum  
superius factū respōdeatur Boetiū & Euclidē de per  
fectione materiali seu circulatiōis intellexisse & nō de  
formali dantis esse: de qua modo q̄ritur in pposito. In  
oppositū opiniōis supradictorū pro parte negatiua sur  
rexerunt q̄plures & melius de hoc cogitantes arguen

tes sic. mathematica abstrahunt ab actione & passione  
ergo non habent actionem & passionem. at cum nu-  
merus impar quid mathematicum existat sequitur qd  
actionem & passionem nō habeat. & sic ratione parita-  
tis uel imparitatis plus uel minus non agunt: Antece-  
dens cum residuo huius rationis per Aristotelē meta-  
phisice tertio & cōmento septimo notum est cum ab-  
stracta sint imobilia. Pro cuius roboratione sciendum  
est quantitātē esse duplicē continuam. s. & discretā. tū  
numerū sequi q̄tītatis diuisionem que tenet locum ma-  
terie que materia cū sit patiendi principiū nō uidetur  
agendi principiū habere. Item imparitas est forma ac-  
cidentalī metaphisice quarto textu & cōmento quin-  
to cōsequens ipsius quātītatis diuisionem. Secundo ar-  
guitur sic. Quātitas a toto genere non est actiua. sed nu-  
merus impar est q̄tītās. g<sup>o</sup> nō est actiuus. cōsequētia est  
clara. & añs huius argumēti ē p̄bi metha. iiii. & in p̄di-  
camētis. Notādū etiā triplicē esse numerū. s. numerus  
merantē. numerū formālē quo numeramus. & nume-  
rum numeratū. Primus horū anima est. Secundus q̄tī-  
tas discreta. s. unus duo tres. Tertiū est res materialis  
per numerū formālē numerata. Huius stātibus posito qd  
in numeris sit perfectio & imperfectio nō tñ sequitur  
res numeratas mediantibus numeris formalibus maio-  
rem actionē habere. Sciendū etiā formarū accidētaliū  
quibusdam inesse cōtraria ut caliditati & siccitati &c.  
quibusdā uero minime ut formis de p̄dicamento sube-  
& quātītatis de cuius numero paritas & imparitas nu-  
meratur. Ad primū argumentū respondetur negādo  
maiore cū non sit uerū maiore actionē fieri a formalio-  
ri accidentalī non habente contrarietātē. hoc uidetur  
expresse sensisse p̄bus phisicorū quinto. ubi inquit nō  
oēs formas agere sed bene a formaliori substantiali: cū  
igitur par & impar sint accidentiales forme cōtrarie

tatem non hñtes q̄titati tanq̄ materie aduenientes ri-  
diculū est credere illas maiorē aut minorē solutionem  
causare. Ad auētem Ieronimi & Hilarii dicendū est il-  
los non attribuere uirtutem numeris nisi ratione mate-  
rie quā per numeros signant. Taceāt igitur qui uulgo  
predicant pillulas impares plus soluere. Co. Sat. mibi a-  
te satisfactum puto de paritatis uel imparitatis actione  
sed non mediocriter dubiū adhuc mentē meā circuit ex  
hoc qđ a te dictū est q̄titem actionē non habere nec  
actiuā esse. huius dicti tui oppositū tenent medici uo-  
lentes non solum humores nostri corporis qualitatiue  
sed q̄titatiue agere. & eorū q̄titate mortem inducere  
& uenas qñq; scindere. Item si quātitas non esset acti-  
ua sequeretur ipsam in natura esse ociosam & frustra.  
sed aliqđ esse ociosum & frustra nullomo recipitur pri-  
mo celi & tertio de anima. qđ hoc sequeretur probatur  
ex philosopho quarto methororū dicente unumqđq;  
fuisse determinatū propria forma & uirtute ex illis fi-  
nē consequente. modo si q̄titas non ageret finē forma  
& uirtute non cōsequeretur. cū illud qđ caret motu sine  
careat. metha. iii. g<sup>o</sup> ociosa & frustra. In cōtrarium ar-  
guatur sic Omnis actio fit motu sed mathematica sunt  
imobilia ut eodem loco: ergo non agunt cū in imobili-  
bus principium motus nō sit. Roboratur sic actio fit ex  
contrariis: sed si substātie & quātitati non sit dare con-  
trariū relinquitur qđ nō agent. Item cū omne agēs agat  
motu & loco mathematica nō agent quia nō sūt in lo-  
co propter quod quarto phisicorum dicitur: ostendūt  
aut mathematica qđ non sint in locis: que locū non ha-  
bent actionē non suscipiūt: qm̄ sicut locus est ita operat̄  
natura: pbleumatū. x. Pro noticia q̄stionis primo sci-  
endum est duplicē reperiri actionē. corpoream. s. & in  
corpoream. Corporea illa dicta est que fit mediāte cor-  
pore. Incorporea que sine corpore ut dei & angelorū.

Corporea iterū actio duplex dicitur: una. scilicet in cōseruiua  
in qua agens in agendo nō repatitur. Et alia cōuerſiua  
in qua agēs in agēdo repatitur & hec proprie genera-  
bilibus & corruptibilibus cōpetit in materia cōcanti-  
bus de quibus phis phis. iiii. inquit. Omne simul actiue  
& passiue mouēs phisice mobile existit. Sciendū ulterius  
q̄titare posse dupliciter sumi. Vno modo simpliciter  
Alio mō scdm quid. Si pmo mō aut sumit fm rationē  
cōem aut scdm p̄ticulare: Scdm rōem cōem sūpta aut  
sumit scdm rationē cōem intentionale scdm q̄ in eius  
cōitate oīs concluditur inferior q̄titas prout de ea est p̄-  
dicabilis: et isto modo sumpta mathemaitica sunt de cō-  
sideratiōe dyaletici. Aut capitur scdm suā positionem  
realē inq̄tum ens est: & tunc de metaphisici est cōside-  
ratione. Speculatur aut ens in q̄tum ens metaphisicus  
metaphi. iiii. Si uero accipiat particularior realis tñ. scilicet  
prout multiplicabilis unitate cuiusmōi est q̄titas discre-  
ta uel mensurabilis puncto ueluti linea uel superficies  
tunc mathemaitice est speculationis. Iterū si cōsideret  
uel sumatur q̄titas scdm quid puta prout mensura &  
terminus corporū est phisicorū & subtracta q̄titatibus  
sensibilibus tūc de ea phisicus cōsiderat. Co. Idem er-  
go diuersimode consideratū diuersorū artificū erit cō-  
sideratiōis. Vi. Vtiq̄. Co. Iterū scdm a te dicta instatur  
per phm. v. phis. dicētē scdm quale q̄tum & ubi mo-  
tum esse. g. scdm q̄tum erit actio. Vi. Dicendū q̄ q̄tita-  
ti simpliciter considerate ut a logico mathemaitico &  
metaphisico sumitur nihil utiq̄ est cōtrariū ex quo nec  
ei motus inest. Quia cōtrarietate nō hñtia motu carēt.  
Itē cū cōtraria sint illa sunt que sub eodē genere posita  
maxime distāt & se mutuo de subiecto expellāt. x. me-  
taphis. hec pprie qualitati conueniūt & nō ubi & q̄to  
In ubi posita nō se mutuo expellūt de subiecto: qd sur-  
sum est uniuersi nunq̄ poterit esse deorsum: & ecōtra:

nec q̄titati putā a mathematico cōsiderat̄ aliquid aduer  
satur. que ratio est. qz cū talia sint abstracta et abstracta  
motu careāt ut metaphi. iiii. sequitur eadē cōtrarietate  
carere & cōsequenter mutua expulsiōe de subiecto.  
Si uero sc̄d; qd q̄titas cōsideretur ut a phisico cōside  
ratur bene inest ei contrarietas & ad ipam motus. sed  
accidētaliter & impropē. ut inquit cōmentator meta  
phisice. iiii. cōmento. iiii. nec ei conuenit motus & cō  
trarietas nisi ratione qualitātū utputa grauitatis: leuita  
tis: caliditatis: & similiū. patet igit qd de ledere seu age  
re dicendū sit. Ad argumentū principale respōdendo  
dicitur medicos de peccato q̄titati fuisse locutos qz tūc  
eorū sensibilitati non ita de quali sicut de q̄to cōstabat.  
Cuius oppositū cōtingebat in quali: unde q̄uis aliquis  
humor ponat uenas scindere illud non facit nisi p acci  
dens seu sc̄dario cū primo & per se talis humor uenas  
scindat ratione qualitatis in eo ex̄ntis: cui per accidens  
opem ferre nō modicā q̄titatē fatemur. Ad sc̄d; argu  
mentū neget cōsequētia seu facta sequela & hoc capiē  
do q̄titatē sicuti a phisico diximus cōsideratā: nā licet  
pprie & p̄marie q̄titas non agat accidētaliter tñ & fm  
qd adiuuādo agit: fm quē modū actionis uana frustra  
aut ociosa nullo modo debet noiari. Co. Quid tu p age  
re prope intelligis. Vi. Illud prope agit actione naturali  
qd cōuersiue agit. Co. Quā suauiter aures meas hīs di  
ctis fueris oblectatus referre neq̄o: sed ne ab incepto re  
cedamus exponēs pge quartā diē creticā aut indicati  
uam: Vi. Indicatiua semp̄ septimi ab antiquis dicta est:  
& si q̄nq; sit cretica licet raro. Auicēna tñ de sincho i  
q̄rta die terminato creticā innuit. Co. Cur sinochus fer  
uor q̄nq; cretice est in q̄rta finitus. Vi. Ratio ē qz a luna  
cretici motus bñficiū sumit in quarta cū unius sit paro  
xismi. Co. Dic etiā a quo egritudinis t̄pē hīi cretici di  
es incobāt. Vi. A p̄mo notabilis lesionis pūcto p̄ncipiū

faciunt quem cum hore uigintiquatuor fuerint imitate  
primam egritudinis diem habebis: nec audias illū qui  
ab hora partus naturalis quē febris ex malo regimine  
post aliquos dies fuerit plectuta uoluit diei initium esse.  
Co. Qua de causa naturalem partū nominas. Vi. Quia  
duplex est naturalis. s. & innaturalis. Co. Pergratū faci  
es si amborū partuum conditiones quibus distinguā  
tur exposueris. Vi. Nec mihi profecto hmoi sermo gra  
uis est: uereor tamen ne iam precipitatus sol sermones  
nostros sine interdicat: dicam. tñ & summa sequar festi  
giarum. Antiqui posuerūt partū impregnātibus tūc  
fieri cum embrio maiori sanguinis q̄titate indiget q̄ se  
cundina sibi transmittat: nec non & meatuū dilatatio  
ne maiori. Partus est emissio fetus a matrice cum eius  
mundificatione quo si mulier satis mitibus accidenti  
bus mundificetur & sue pristine ualitudini restituatur  
partus naturalis dictus est. In naturalis partus cōtrariis  
signis distinguē. nam ex illo mala proueniūt accidētia  
ueluti sanguinis fluxus ex rupturis uel ipsorū mēstruo  
rū & secūdine illaudata retētio: q̄bus oībus febres apo  
stemata uētris tumores: dolores leui & alia multa eue  
niūt accidētia que si fieri uideris nō ab hora seu illorū  
initio sed ab hora partus ipsius in naturalis exordias: di  
ctorū istorū ratio ponit cōciliator differentia cētesima  
sexta & tu uide. ubi etiā multas cōfutat opiniones bu  
ius dicti oppositū sentiētes. Co. Insuper que crises no  
ctiū s. an dierū sunt meliores. Vi. Si recte meminis sex  
calles supius tibi p̄posui q̄bus morbus recedat a corpo  
re: in nōnullis quorū sue fuge rectitudo a centro est ad  
circūferētiā utputa in sudoribus & sanguinis nariū flu  
xibus. in quibusdā aliis sunt modi huic oppositi. ueluti  
in uentris fluxibus. quas duas oppositas semitas q̄plu  
res intuetes crises dierū crisis noctiuū in fortitudine  
p̄fecerūt & maxie in illis qui a centro ad circūferētiā

euolant: quorū dicta ne capias postq̄ nullum imperfec-  
tum ab aliquo accidēali proficitur: at cū crisis sudoris  
crisi facte per fluxum uentris imperfectior posita fuerit  
ex eo q̄ in die fiat non debet melior reputari: Crisis no-  
ctis melior est ceteris paribus diei crisisbus & laudabili-  
or propter uirtutē unitā in nocte quieti associatam que  
expansionē sui pro diurnis operibus fuerat facta debili  
origitur in noctis temporū uirtute existente fortiori cre-  
ses utiq; opabitur meliores: melior uirtus meliores cri-  
ses facit. Adiuuant ad hoc non parū noctis tenebre &  
natura earū que reuocandi spūm ad exteriora expansū  
provinciā tenent qua spiritū reuocatiōe ac unione fa-  
cta natura robustior ad crises insurgit. Luna etiā noctis  
luminare & in ea potentius q̄ in die opem nature p̄stat  
ingentem: humores mouēs & eos ad crisin uelocitās.  
Co. Gallum tibi debeo: sed propter plurimi egorū po-  
tius in nocte q̄ in die pereant pandas obsecro. Vi. Si lu-  
na & noctis tenebre nostri corpis spūs expansos inclū-  
dunt agitatio ex his maior in humoribus censenda est:  
quorū impetum et agitatiōem natura debilis sustinere  
non ualens cadit impugna: Insuper nox hiemi propor-  
tionatur et dies estati: sed plures egorū ceteris paribus  
hieme pereūt q̄ estate ergo a simili pluriū uita de noc-  
te succumbit: Nosce etiā solem tam plantarū q̄ huma-  
ne uite esse presidū suo calore & lumine uitam seruās  
imo illius est origo quo sub terra existenti frigiditas &  
tenebre debilem uitam expugnāt. Co. Quam causam  
posuerūt antiqui dierum creticorū. Vi. Maiores nostri  
lunam totalē causam horū dixere propter uim admi-  
randā quā habet in humiditatibus microcosmi & alio-  
rum mundanorū mouēdo: maturādo: & alterando &  
alia faciendo. Cu. Mira narras. Vi. Tum si bene intue-  
beris intelliges ad eius luminis augmentū conciliū me-  
dullas augeri & arborū fructus uelocius maturari. Co.

Hesito an luna in omnes mouēdos humores imperiū  
teneat & uidetur q̄ non cum illorū aliqui nature illius  
sint oppositi & a suis qualitatibus remotissimi. Vi. Ne  
quaq̄ integrū imperiū in omnes ex se luna occupat: sed  
alii planete quibus humores attribuantur tonātis iussu  
posse eorū in humoribus lune mandauere nō aliter ip  
sa utentes q̄ mercatores aut reges tabellionibus in agē  
dis negotiis aut reddēdis epistolis utantur: hec uelocis  
sima omniū cursu ac terre est locata propinquior. Co.  
Sta paululū: cui planetarū humores tribuitur. Vi. Dicam  
sanguinē ioui: Saturno patri melancoliā: lune primo &  
ueneri aliquantulum flegma: Marti mādata est colera dū  
modo sol ab illius dñio nō excludat. Co. Quid de mer  
curio sentis. Vi. Quia mercurius cū malis malus & bo  
nis bonus redditur: ueluti filius a patre fugatus nature  
auctor in humoribus portionē aliquam habere nō susti  
nuit. Co. Cogemur his dictis fateri omniū resolutionū  
lunā causam. Vi. Minime: sed in accutis tantū: cronica  
rum paulatinarū resolutionū sol dñs est & nō luna. Co.  
Quomō luna hec in nobis efficit. Vi. Dicam: motu suo  
per quadras aut semiquadras circuli signorū ab ipsius  
egritudinis initio pertrāsiti: seu quadre cōiungātur seu  
sole permaneāt. Co. Cur auicēna galieni interpres pro  
tulit ad medicū non spretare dierū creticorū causas co  
gnosceret. Vi. Dicam paucis: nec altiora tangam cū me  
dicus phisico credere debeat ad ipm pertinet ut alpha  
chi & non ut mutata chelim enuntiare. Co. Mouetur  
ne luna per omnia zodiaci signa equaliter seu inequali  
tempore equale spatium percurrit. Vi. Non quia q̄nq;  
tarda cursu & interdum uelox est scdm directorū uel  
obliquorū signorū spatiū transeundū: pro quo scias sig  
norum zodiaci quedam recte esse orientia & quedam  
oblique pariterq; mobilia & immobilia. Recte oriri il  
la signa dicuntur cum quibus oriētibus maior pars ori

tur de  
billa f  
rit tel  
capri  
nis d  
tiare  
gno  
bitur  
mou  
temp  
re &  
lia d  
Imm  
inter  
nam  
tam  
dubi  
diu  
dicte  
quoc  
quise  
lune  
ci rec  
uig  
nare  
posi  
utput  
eund  
progr  
iungit  
agrat  
ras trig  
rum n

tur de equinoctiali q̄ de zodiaco. oblique e contra. Mo-  
bilia signa illa dicta sunt quorū limen cum sol intraue-  
rit tempus notabiliter alteratur: sicuti de ariete. cancro  
capricorno: & sermocinantur astrologi. In quibus sig-  
nis dum luna permanferit optimum erit omnia illa in-  
tiare quorū reiterationem desideres. Existēti luna in si-  
gno mobili uestium incisio & itineris inceptio felicita-  
bitur. Dico igitur lunam inequaliter in circulo signorū  
moueri & non semper de illo equale spatium inequali  
tempore peragrarē: ex quo contingit crises in uelocita-  
te & tarditate esse inequales. Co. Que signorū mobi-  
lia dicis. Vi. Arietem cancrum libram cū capricorno.  
Immobilia taurū leonem scorpiū & sagittariū. horū  
intermedia media dicuntur. Co. Quot motibus lu-  
nam moueri ueteres posuerunt. Vi. Pluribus: duobus  
tamen pro nūc: naturali scilicet et uiolento. et ne a me  
dubius recedas audi naturalem motum in duobus aliis  
diuidi: simplici scilicet & cōposito. Co. Scdm quem  
dictorū mutuum creticos dies numerabo. Vi. Ab uno  
quoq; motuū dies creticos excerpēs si prius qd unus  
quisq; illorū sit ascultaueris. Motus naturalis simplex  
lune dicitur cum luna motu suo ab uno puncto zodia-  
ci recedens ad eundem redierit: quod spatiū in diebus  
uigintiseptē & horis octo fere percurrit: qui motus lu-  
narem mensem peragationis dictum nominat. Com-  
positus motus fit ex primo & partis alterius additione  
utputa si luna hodie a solis coniunctione discesserit ad  
eundem locum reuersa solem non inuenit: sed ulterius  
progrediens infra duos dies cum dimidio soli iterum  
iungitur: quod spatiū dicta luna in diebus triginta per-  
agrat: sed quoniam luna dum soli coniuncta est per ho-  
ras triginta ante & totidem post debilima ad humo-  
rum motus cēsetur. a quocunque cursu demptis horis.

13. 695  
 sexaginta fere motus primus simplex remanebit. Igitur  
 secundum quaecumque duorum motuum computabilis optime  
 tibi succedet: obmittam diuersitatis & longitudinis cur-  
 sus eius canere sunt alterius & altioris speculationis ut  
 patet. Co. Forsitan hodie tibi nimis molestus factus sum  
 altissimarum rerum sciscitatione quadrarum aut semiqua-  
 drarum unicum exemplum pone qualiter ex illis creti-  
 ci dies emergant. Deinde sine diei facto uenias pre-  
 beas. Vi. Pro humane loqueris cupio utique ab hoc ser-  
 mone desistere mihi ipsi ex cunis grauioribus satis in-  
 fensus. Si dies uigintiseptem cum horis octo fere in octo  
 semiquadrans diuiseris. quartum: septimum: undecimum: &  
 decimum quartum creticos dies cognosces: alios etiam  
 post hos excerpes si sic computando processeris: idem  
 faciunt quarte seu sole seu alius iuncte sumantur: tu ha-  
 bita circuli uigintiseptem dierum & horis octo diuisione in  
 quadrans quatuor & octo semiquadrans singulos dies lu-  
 cide iutueberis. Co. Dii Rome tua uota secundent: ego  
 quia crepuscula nocte agitant hoc diuerticulo ibo uale  
 Vi. Et tu quoque uale. Finis.

Impressum Rome. Mccccxxxiii. Beatis-  
 simo Alexandro sexto imperante quem de-  
 us conseruet.

Ann. 10. 257